

Yb  
171

Q. F. F.

# LIBERALIA ANNIVERSARIA,

Civitas à Libertate nomen adepta,  
ab obsidione gravissimâ olim liberata, in honorem  
Liberatoris Ter Opt. Max. cras, Deo dante, minùs  
solemniter, propediem tamen solennissimè  
celebrabit.

Eadem celebrabit & Schola.

Sistet enim,  
qvod Vestrâ pace fiat,

## O VENERANDA FREIBERGÆ NUMINA ET LUMINA,

O COLENDI

## MUSARUM FAUTORES ET CULTORES,

sistet inquam,  
cras finitis lacris,

qvanquam privatos intra parietes, nonnullos  
ex ordine discentium, qvi de præcipuis Freibergæ  
fatis pauca commemorent.

Adeste igitur,  
eosque

Qvā alios consvevistis humanitate & benevolentia,

audite;

idqve

ad preces demissas

## Israëlis Beyeri, Con-Rectoris.

Freibergæ, typis Kuhfusianis.



**S**Alve inclyta Freiberga !  
Salve alma Mater !  
Salve dulcissima Patria !  
Quidni enim Te Matrem,  
quidni Patriam appellem,  
quem tanta benignitate in filium adoptasti  
docuisti, ornasti, & tot annos largiter aluisti ?  
Salvete Reipublicæ Ecclesiasticæ, Politicæ, Metallicæ  
Lumina & Columna !  
Salvete Nobiles genere, nec ignobiles virtute !  
Salvete, qui à studiis qvibuscumque steneramini lumen !  
Salvete Civés, inqvilini, hospites !  
Uno verbo :  
Salvete summi, medioximi, imi !  
Instat, Deo volente,  
&, qvod perpetuo gaudeant omnes boni, feliciter instat.  
*Dies XVII, Februarii,*  
Dies liberatione à svecorum obfudione insignis,  
Lætitiae qvotannis repetitus Testis,  
Dignus profecto, cuius memoriam omnes  
Freibergæ FAVORITES, Incolæ & Advenæ qvām solennissimè recolant,  
Plausibus, jubilis, gratulationibus excipiunt.  
Instant Liberalia,  
non Libero Patri Baccho ;  
sed Liberatori DEO,  
Patri celesti sacra,  
Instant Elevtheria,  
nec tamen Elevtherio Jovi dicata,  
nec qvalia Plautinus ille baſilice agitabat, qvum herus peregrè effet :  
Sed qvalia celebrare decet divinitus liberatos,  
in perpetuam paternæ liberationis memoriam.  
Novem enim supra qvinqaginta effuxerunt anni,  
ex quo Torstenſohnius premebat urbem, non opprimebat ;  
ē septentrionibus oriens, frigori adfvetus,  
ideoqve ne mediâ qvidem brumâ à fortissimis ausibus deterritus.  
Amicus aliquando ;  
Sed eo ferocior, postea inimicus.  
Defensor anteā Libertatis Saxon acerrimus,  
Gloriosissimo suo Rege dignissimus ;  
sed quantum deinde mutatus ab illo !  
Is salutabat Freibergam tantâ voce,  
ut incenia ac adficia concuterentur ac ruerent :  
sed refalutabatur ramen ita,  
ut salutationis postea eum pœniteret.  
Nimirum victor tot urbiū non ignobilium exercitus,  
de solâ Freiberga triumphare non potest.  
Invictum hactenus vincit Freibergæ  
Pietas, Concordia, Fortitudo.  
Navis tot superatis procellis ac tempestatibus,  
ad scopulos Liberi Montis illis naufragium facit.  
Per bimestre temporis spaciū summis viribus frustrâ tentabat urbis  
feudationem, seu expugnationem,  
cui vel biduum impendere nimium initio duxisset.  
Sangvinem civium & urbis prædam sitiebat Torstenſohnius :  
Sed qvo cupidius inhiat, eo minus potitur ;  
Tantalo factus similis, qvi  
qværit aquas in aquis, & poma fugacia captat,  
mento summam aquam attingens, siti ferè enectus,

Animi

Animi militum jam erant in civium,  
patinis, cistis, cellis;  
animis jam occidione cædebat oppidanos;  
diripiebant, epulabantur, luxuriabantur.  
sed somnia hæc erant vigilantium.

Usque adeò cogitationes mortalium non sunt cogitationes Dei !

Qvod si mens non læva fuisset,  
pro lævo omne habuissent  
flammatantes in ære globos,  
audita insolita tonitrua,  
delapsam cœlitus sanguinis pluviam.

Sed quid ?

Fallor ? an hæc exprobatio in auribus fitibundi hostis resonuit :  
Satia te Sangvine, quem fitisti, & cujus infatibilis fuisti.  
Contra verò Catastrophen hujus fabulae  
urbis latetisimam portendebat iris,  
sub initium obsidionis ab oppidanis in nubibus conspecta,  
certissimum præsentis divinæ gratiæ signum.

Non deerat hostibus virtus;  
Adferabant secum,

qvod de Romanis olim Flamininus affirmabat,  
non majorum suorum antiquam & obsoletam famam;

Sed virentem recentibus virtutis experimentis florem.

Qvo factum est, ut nulla in humanis præsidii spes esset relicta,  
mœnibus dejectis, fossâ reliquo solo æquata.  
Laboraret profectò Annalium fides,  
nisi à fide dignis scriptoribus, hæc essent consignata,  
& oculati testes omni fide majores,  
quæquam pauci admodum, superstites essent.

Hinc eò magis mirandum est mirum hostium ingenium.

Cum urbs undique esset clausa,  
ingredi cupiunt;  
jam cum aditus hinc inde patet,  
intrare recusant.

Nimirum cum extrema machinantur,  
ecce Deus ex machinâ !

Qvis enim adeò mente captus sit, ut hæc hurnanis adscribat viribus ?

Sursum corda ! sursum oculos !

Deus, Deus fuit,  
qui obsidentibus ademit animum,  
obsesus addidit.

Deus fuit, qui afflatus repressit,  
presso opprimi non passus;

Deus fuit, qui re infectâ decedere hostes coegerit.

Huic ergo soli gloria,  
huic immortales debentur gratiæ.

Huic obstrinxerunt Liberati non se tantum,  
sed & seros nepotes.

Huic grates persolverunt non ipsi tantum ;

Sed &, ut posteri qvotannis persolverent, serio voluerunt.

Horum Liberaliorum jucundissimam Freiberga  
cras, Deo dante, recolet memoriam.

Hostias privatos intra parietes meditabitur laudum,  
qvas ad instantem Domino peculiariter destinatam  
diem publicè accendet.

Sed quid obstat, qvo minus & Schola  
præteriorum benefactorum memoriam repeatat ?

Qvid impedit, qvo minus & nos præteriti doloris,  
nullâ perfuncti molestiâ, jucundè recordemur :

Lætos



*Y. III. 7.*  
Lætos vero exitus & majoribus & nobis gratulemur?

Patere igitur o' svavisima Mater,  
ut filia tua schola tuum gaudeat gaudium;  
quippe cui tristes etiam casus tuos intuenti  
vel ipsa misericordia est jucunda.

Non succensebunt fortasse piissimi beatorum Patrum Manes,  
si a filiis superstitionibus eorum tristia pariter  
ac læra enumerabuntur fata.

Cur enim succenseant,  
qui jusserunt hanc memoriam,  
ne vetustate aliquando obliteretur,  
qvtannis renovare?

Renovabunt itaque eam cum aliis in Scholâ  
novelli qvidam, non oratores,  
sed oratoriaë studiosi.

Hi nonnulla dicent;  
non qvod commodè dicere sciant;  
sed ut dicendo dicere discant.

Reperent illi simul hac occasione

Freibergæ nascentis incunabula,  
pubescens per uberrimum metallofum

proventum incrementum,  
adultæ virorum eruditorum feracissimam messem,  
tentatæ pietatem in Deum pariter ac Principes,  
irritatæ denique fortissimum animum,

& si qvæ sunt alia genuinæ laudis prærogativæ.

Quod si penitus quis nosse cupiat

& Declamatores,

& declamationum argumenta,

benevolentiam & fibi & reliquis conciliaturus,

quantum expediat,

Urbis in qva degimus, & fata & gesta

subinde relegere, paucis ostendet,

CHRISTIAN Gottlieb Dittich/

Dresdenf Misn.

Reliqvi obumbrabunt potius, qvam depingent

FREIBERG AM,

1. Parvis initii enatam,

JOH. SAM. Kluge / Freiberg. Misn.

2. Metallorum semper feracem, Carmine vernaculo;

JOH. CHRISTIAN. Müller / Fr. M.

3. Virorum Eruditorum proventu claram,

CHRISTIAN. Friedrich Hasper / Marieberg. M.

4. Pietatis in Deum studiosam,

Gottfried Berthold / Conradsdorfenf. Misn.

5. Fidelitatis in Principes suos tenacem,

CHRISTIAN. Ehrenfried Holzmüller / Oederan. Misn.

6. Variis modis afflictam,

JOHANN. ANDREAS Trömer / Dresden. M.

7. Fortitudinis laude conspicuam,

JOH. CHRISTOPH. Giese / Freib. Misn.

8. Ex variis denique ærumnis feliciter liberatam,

Gottlob-Friedrich Graff / Freib. Misn.

Qui simul pro benevolâ auscultatione gratias decentes aget.

Hos audire ne pigeat,

placituros nullâ re magis,

qvam gratâ omnibus brevitate.

Dat. Freiberg. d. 16. Febr. A. O. R.

M DCCII.

\* \* \*

20

He

Q. F. F.

# I L P E R A L I A U E R S A R I A ,

libertate nomen adeptā,  
assimā olim liberata, in honorem  
Opt. Max. cras, Deo dante, minūs  
propedium tamen solennissimē  
celebrabit.

celebrabit & Schola.

Sistet enim,  
vob Vestrā pace fiat,

**ANDA FREIBERGÆ  
NA ET LUMINA ,  
O COLENDI**

**A U T O R E S E T C U L T O R E S ,**

sistet inqnam,  
cras finitis lacris,  
os intra parietes, nonnullos  
tium, qvi de præcipuis Freibergæ  
pauca commemorent.

Adeste igitur,  
eosque

istis humanitate & benevolentia,  
audite ;  
idqve  
ad preces demissas

yeri, Con-Rectoris.

Farbkarte #13

		Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue	Centimeters	Inches
8												
7												
6												
5												
4												
3												
2												
1												
0												

Freibergæ, typis Kuhfusianis.

